



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

An res consecrata sit nobilior non consecrata. tit. 73

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

præcepit. Spiritus intus comburit & lauat peccata, aqua foris non certificat: alij solùm aquam fluentem non consecratam, id est, incantatam. Alij volunt fluere chrismate & alijs cęremonijs: alij heretici zelant efficaciam Sacramenti à dignitate ministri, si bonus est sacerdos, bonum & efficax est Sacramentum: sin autē hereticus, etiam Sacramentum est hereticū: sic rebaptizârunt Nouatiani Catholicos &c. sed cū Christus est qui baptizat, Ioan. 1. id est, confert efficaciam Sacramenti, & non ipse minister, idēō illa ex inuidia est illa cōcertatio. Exindē secuta est magna concertatio & persecutio inter Catholicos & hereticos, sicut hodiē est videre in rebaptizatoribus nam quid non moliuntur in Catholicos? separant legitimos, abijciunt magistratum, quęrunt occidere omnes Catholicos gladio suo sanguineo, &c. docet ciuitas Monasteriana, quomodō desueuerint in Catholicos, &c. idque eō, quia negant Baptismum paruulorum.

Tertiō, tulit Ecclesia Catholica iam ab annis pluribus quàm mille eorum persecutiones à Nouatianis, Donatistis, & Anabaptistis & alijs sectis, qui omnes putant se meliores Catholicis. At Ecclesia seruat Christi institutum, id est, credit baptizari paruulos & omnia ordine & honestē facit, ac confert Sacramentum. 1. Cor. 14. credens capitibus Ecclesię, quę publicānt & prædixerunt nobis contumaciam rebellium sectatorum, Mat. 18. & idēō illas relinquimus ut Ethiopeas, & obedientiam Catholicę Ecclesię obseruamus.

AN RES CONSECRATA SIT
nobilior non consecrata.

TTVLVS · LXXIII.



Ria occurrunt notanda: Primò, an res consecratę per verbum Dei, maiorem habeant virtutē non consecratis rebus naturaliter, ut aqua,

ve aqua, herbæ, lumina, cibus, potus &c. Secundo
 cur Deus sic circa fidem omninò vult vti cęremoni-
 is, & alijs, vt circa sanationem cęci nati, Ioan. 9. vti-
 tur luto &c. Tertio, cur signamus nos signaculo
 crucis &c.

Primo inquit Apostolus 1. ad Timoth. 4. quòd
 omnis creatura sanctificatur per verbum Dei, dum il-
 li credimus, & per orationem. At sanctificatio nò mu-
 tat creaturam à naturali sua conditione, est enim ea-
 dem creatura post consecrationem, sicut antea, sed
 nouum effectum & virtutem operatur Deus per crea-
 turam illam consecratam, quam non operatur per
 creaturam non consecratam. Non enim frustra legi-
 tur verbum Dei supra creaturam. Per fidem ergo ver-
 bi Dei & orationem, oratur Deus pro illo nouo effe-
 ctu, & illum etià Deus efficit, sicut sonant precatio-
 nes & benedictiones. Vndè Christus Marc. vltim.
 promittit discipulis per impositionem manuum tol-
 lere infirmitates: per inuocationem nominis sui, ve-
 nenum non nocere, serpentes fugare, &c. ex hoc fun-
 damento consecramus sal, aquam, cibum, & porum
 per Benedicite, &c. vt cedat diabolica immunditia,
 vt pellantur morbi per gratiam diuinam, vt sine pec-
 cato vitamur &c. vide benedictiones creaturarù, pro
 quo effectu nouo erat Ecclesia in consecratione re-
 rum. Sic etiam consecratur & sanctificatur homo in
 Baptismo. 1. Corinth. 6. sanctificati estis: sed ad hoc
 opus consecratur, vt abrenunciet Sathanę, & credat
 in Christum, & per hoc medium consecrationis, quę
 fit verbo Dei, Deus confert effectum & virtutē &c.
 & sic confirmatione sanctificamur ad pugnam, &c.
 Omnis ergo sanctificatio creaturę impetrat nouum
 effectum, quem Deus operatur, non ipsa creatura.
 Est omnis creatura Dei bona, id est, natura. Nā vidit
 Deus cuncta quę fecerat, & erant valdè bona, Gen. 1.
 Sanctificatur autē, ne diabolus per eam nob. noceat.
 Secundo,

Secūdò, quòd Deus etiam præter aut circa fides etiam externis rebus vult vti, causa non est alia, nisi sua voluntas: sic præcepit Moyfi lignum mittere in aquam, vt dulcesceret, Exod. 15. sed nonnè Deus potuisset aquã sanãsse verbo? Ad quid opus fuit lignum? Respond. Propheta Helisæus, 4. Reg. 2. sal mittere in aquas, ad quid instruit Angelus Tobiam de ieiunio piscis? &c. Tob. 5. ad quid tactus simbrizæ, Mar. 5. Matt. 9. ad quid Apostoli vngunt oleo? Mar. 16. cum sit praxis Dei, Christi, prophetarum, Apostolorum, & Christianorum, cur hodiè non creditur Deo per hæc media operari? Ad quid aqua Baptismi, & charistia, &c. si sola fides sufficit ad omnia.

Tertiò, quoniam fides nostra est, quòd Christus vicit in cruce Sathanam, peccatum, mortem, &c. secundo. Per crucem interficiēs inimicitias &c. Col. 1. Omnia pacificans &c. Ideò quoties impugnamur à Sathana, cruce nos signamus manè & serò, eò quod Sathan semel victus in cruce, adhuc timet eum, quod pependit in cruce: ideò quoties nos signamus, Christus ad memoriam reuocamus: Et ipsa virtus Christi, non signaculū aut lignum crucis, nos defendit diem & noctem, &c. Sic signati signo Thau, seruantur ne occidantur, Ezech. 9. Sic omnia conseruantur signo crucis, dū sanctificantur p verbum. Sūma, ubi absit gloriari nisi in cruce Christi, Gal. 6. Vult se ostendere potentem, etiam in omnib. creaturis.

AD QUID NECESSARI

sint patrini in Baptismo & confirmatione.

TITVLVS LXXIII.



Rimò notandum, quod Dionysii cap. 2. ecclesiasticæ Hierarchiæ testatur, huc morem fuisse in initio Ecclesiæ, quod quando aliquis volebat baptizari, tunc elegit